et hoc tamen dixit non ut appellaret se fin
geret esse quod non erat sed ut misericor
diter sic subveniendum esse sentiret
hac ratione in eodem errore labora
ret. Non scilicet mentientis astu
sed compatientis affectu. Sicut
et ipso loco generaliter intulit
factus sum infirmis infirmus
ut infirmos lucrifacerem. Ut re
que sit conclusio Omnia omnibus
factus sum ut omnes lucrifacerem.
Ad hoc referenda intellegitur ut
cuiusque infirmitati tam quam
in se ipso misereatur adpareat.
Non enim et cum diceret quis infir
matur et ego non infirmor. Infirm
itatem alterius simulasse potius
quam doluisse volebat intellegi.
Quare arripe obsecro ingenuam
et vere christianam cum caritate seve
ritatem ad illud opus corrigendum
adque emendandum ET ΠΑΛΙΝ
ωΔΙΑΜ ut dicitur cane. Incon
parabiliter enim pulchrior est
veritas christianorum quam helena grae
corum. Pro ista enim fortius
nostri martyres adversus hanc so
domam quam pro illam illi hero
des adversus troiam dimicaverunt.
Neque ego hoc ideo dico ut oculos cordis reci
pias, quos absit ut amiseris, sed
ut advertas. Quos tu habeas sanos
et vigiles nescio qua simulatione aver
tisti ut non intenderes quae consequan
tur adversa si semel creditum fuerit
posse honeste hac pie scriptorem di
vinorum librorum in aliqua sui o
peris parte mentiri. Scripseram iam
hinc aliquando ad te epistolam quae non
perlata est quia nec perrexit cui per
ferendam tradideram et qua illud
mihi suggestum est cum istam dic
tarem quod in hanc quoque prae
termittere debui ut si alia est sen
tentia tua eademque est melior
timori meo libenter ignoreat. Si
enim aliter sentitur verumque tenetur.
Nam nisi verum sit melius esse non potest,
ut non dicam nulla, certe non magna
culpa meus error veritati favet si
recte in quoquam veritas potest fa
vere mendacio. De Origine autem quod re
scribere dignatus es iam sciebam
non tantum in ecclesiasticis litteris
sed in omnibus recte et vera quae inve
nerimus adprobare atque laudare,
falsa vero et prava inprobare atque
reprehendere. Sed illud de prudentia
doctrinaque tua desiderabam et ad
huc desidero ut nota nobis facias ea
ipsa eius errata quibus a fide veritatis
ille vir tantus recessisse cognoscitur.
In libro etiam quo cunctos quorum memi
nisse potuisti scriptores ecclesiasti
cos et eorum scripta commemorasti
Commodius ut arbitror fieret si

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
BLB Badische Landes-Bibliothek
HESSEN Staatliche Schlösser und Gärten Hessen
Organisation der Vereinten Nationen für Bildung, Wissenschaft, Kultur und Kommunikation
Kloster Lorsch Welterbestätte seit 1991
© Badische Landesbibliothek
http://bibliotheca-laureshamensis-digital.de/view/blb_augperg105/0187